Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sine fine mora. Ad quam nos perducat. qui uiuit
et regnat per omnia secula seculorum. Amen.
Dominica. xxii. Matheum.
SIMILE EST REGNUM
CELORUM HOMINI REGI. QUI VOLUIT
rationem ponere cum seruis suis. Omel' lect. e.
CELORUM. REGNUM
QUOD VARIAS HABET SIGNIFI
cationes in scripturis diuinis. hoc loco in figura
potest accipi hominis interioris. in quo per misericordiam
suam regnare et inhabitare decreuit ipse a quo omne bonum
procedit. ut beatus IACOBUS in epistola sua ait. Omne datum op
timum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre
luminum. Sed hoc celorum regnum hominis regi. xpo uniq; filio di
sempitino regi dicit simile. si tam ipse ab etno cuncta dispo
nens. ea que secunt in nobis dignet operari. Voluit inquit ratio
nem ponere cum seruis suis. Ratio est rationalis sensus animae.
qua ratione uiens homo. bonum et malum potest discernere.
quam rationem tunc in seruis suis omnipotens ds posuit. cum ad ima
ginem et similitudinem suam nos creauit. Sed hoc beneficio non con
tentus suauis dns. uoluit etiam rationem ponere cum seruis suis.
nisi uniq; sensibus. uoluit inquam uoluntatem suam bonam et etnam
uoluntatem hominis coadunare. in predestinatione iam quidem
conuncta. sed nondum in opere et uentate perfectam. Et cum cepisset
rationem ponere. oblatus est ei unus qui debebat decem milia ta
lenta. Et hunc unum quidem deo dicitur oblatus. nitur accipi potest spe. quia
pridem per peccata dei erat ablatus. nec autem describitur oblatus.
quem tunc recte dno offerimus. cum per uigilantem rationem consi
deramus solliciti ea mala quae fecimus. Ita quoque nosmetipsos
confidantes. sic spiritum nostrum dno offeremus. decem milium talentum.